

CODICIS  
LEGVM WISIGOTHORVM  
LIBRI XII.

ISIDORI HISPALENSIS EPISCOPI DE  
GOTHIS WANDALIS ET SVEVIS  
Historia sive Chronicon.

Ex Bibliotheca PETRI PITHOEI I.C.

PROCOPII CÆSARIENSIS RHETORIS  
*ex lib. viii. Histor. locus de Gothorum origine qui in exempla-  
ribus editis hactenus desideratur.*



P A R I S I I S,

Apud Sebastianum Nieuellum, sub  
Ciconiis, via Jacobæa.

M. D. LXXIX.

C V M P R I V I L E G I O R E G I S.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.



# MURATORIUS LIBER

PIKETT

AG 1578. LIBERAT. 1578.

ANNO 1578. LIBERAT. 1578.

DI PROLIFICO LIBERAT.

TITULUS. 1578. AC LIBERAT. 1578.

## SUMMA PRIVILEGII REGIS.

**H**ENRICI III. Galliarum & Poloniae Regis priuilegio sancitum est, ne quis Typographus impimere, nec quis Bibhopola diuendere audeat ante quinquennium Codicis legum VVifrochorum librus XII. Isidori Hispanensi Episcopi de Gothis, VVandalis &c. Suevi Historiam, &c. ppter Sebastianum Niuellum, cuius impensis & diligentia accuratissime hec collata fuerunt cum exemplaribus antiquis, multisque in locis a doctissimis eruditissimisque viris illustrata & restituta. Qui secus fecerit, libris & poena in sanctione astimata mulctabitur, ut fuisse regio diplome continetur. Dato Parisiis 24. Mart. anno 1578. subsignato per Regem, BRVLA R. posteaque senatus consulo Parisiensi comprobato, 17. Iunij, eodem anno 1578.

D v T I L L E T.

Excusum fuit hoc opus tertio Idus Martij, an. 1579.



# P. PITHŒVS

C. V. FRANC. ROALDESO I.C.  
S.

**I**teras tuas V. Non. Octob. scriptas Idib. demum Ian. accepi, serius profecto quam vellem, sed ea tamen animi alacritate qua te tuisque singulares virtutes complector absens mentis potius iudicio quam oculorum fide, quib. & hoc agre esse doleo. De exemplari gratias habeo: referrem etiam lubens. Sed vereor ne tu non tanti esse putas qua in tuo nomine appareant. Ac vix sane illud mihi de VVifigothicis legibus permittere potui, quas nisi quotidianis pene conuictis a quibusdam flagitari audissim, facile passurus fuī aut supprimi diutius, aut aliorum opera edi, quib. vel otij plus, vel diligentia esset. Et verò id pridem Io. Metello Sequano detuleram, viro & eruditionis & humanitatis, ut audio, summa, cuius etiam eo consilio exemplar imperfectum ex nostris suppliri curaueram. Sed cum id ille maioribus fortasse negotiis occupatus non prestaret, & librarij nostrates nescio quo sato Gothicis rebus operas vniuersit, rogatus, pene dixi coactus eorum tandem imperiis cessi quibus & hac reliquis adisci Bonum factum visum est. Quod velim omnium bona gratia sic candide accipi ut simpliciter gestum est. Nam exemplaria, ut verum fatcar, vix relegere datum est, tantum abest ut recognoscere & recensere accuratius licuerit: quin ne de huius quidem gentis & aliarum legibus, iurisque Romani in Occidente post Justinianum usū, quod statueram, prefari. Tantum illud, hunc esse legum codicem ab Eurico ceptum, à Leuuigildo dein, post à Chindasindo & Recessindo filio recognitū, demum à Domno Eruigio Spaniarum (ut verbis seculi de barbaris barbare dicam) rege perfectum, qui Liber Iudicis dicitur in illo tuo exemplari Curialium (sic appellant) usuum quos Raymundus Berengarius vetus Comes & Marchio Barcinon. Hispanie subiugator & Almoides coniunx de feudi aliusque negotiis obseruari iusserunt, cum Gothicæ leges omnibus causis non viderentur sufficere. Hac postea Ildefon-

EX DESCRIPTIO PONTI EUXINI QVÆ  
DESIDERATVR APVD PROCOPIVM LIBRO QVARTO  
belli Gothici, qui est vltimus ordoadis histiotiarum.

# HISTORIA SIVE CHRONICON GOTHORVM.



GOTHORVM antiquissimum esse regnum certum est, quod ex regno Scytharum est exortum. Iste enim sunt quos Alexander vitandos pronuntiavit, Pyrrhus pertinuit, Caesar exhortauit. Per multa quippe saecula & regno & regibus usi sunt: sed quia in chronicis adnotati non sunt, ideo ignoratur. Ex illo autem in historiis indisci sunt, ex quo aduersum se Romanorum virtutem experti sunt: quorum oportet tempora & reges per ordinem cursum exponere, & aliqua eorum gesta de historiis libenter retexere.

Era CCCXIII. anno \* Valeriani & Galeni Impp. Gothi descensis Alpibus, quibus inhabitabant, Graciam, Macedoniam, Pontum & Asiam, atque Illyricum vastauerunt: ex quibus Illyricum & Macedoniam xxv. fermè annis tenuerunt. Deinde à Claudio Imperatore superasti, sedes proprias repetuerunt. Romani autem Claudium Aug. pro ea quod tam fortissimam gentem à sinibus reipubl. remonisset, insigni gloria honorantes, in foro illi aureum clypeum, in Capitolio autem auream ei statuam collocauerunt.

Era CCLXXVIII. anno xxvi. Constantini Imperatoris, Gothi regionē Sarmatarum aggressi, copiosissimi super Romanos irruerunt agminibus. Aduersus quos idem Constantinus aciem instruxit, ingentique certamine vix superatos ultra Danubium expulit, de diversis gentibus virtutum gloria clarus, sed de Gothorū victoria amplius gloriatus: quem Romani, acclamante senatu, publica laude prosecuti sunt, quod tantam gentem viscerit, quid pacem reipublica reformauerit.

Era CCCVIII. anno Valentis v. Gothorum gentis administrationem Athanaricus accipit, regnans annos xiii. qui persecutionem aduersas fidem communem voluit exercere contra eos qui in locis suis Christiani habebantur. ex quibus plerique, quia idolis immolare non adqueruerunt, martyrio coronati sunt: reliqui autem coacti sunt de regno suo exire, & in Romanam transire regionem.

Era CCCXV. anno \* Valentis Imp. Gothi aduersum se in Athanarico & Fridigerno diuisi sunt, alternis se cædibus populates: sed Fridigernū Athanaricus Valentis Imp. auxilio superans, buius rei gratia cum omni gente Gothorum in Arrianam heresim deuolutus est. Tunc Galilas eorum episcopus Gothicas literas adiuuenit, & scripturas sacras in eandem linguam convertit.

Era CCCXLVI. anno xiii. Valentis Imperatoris, Goths qui primum Christianos à terra sua expulerant, postmodum ipsi ab Hunis expulsi sunt, transitoque Danubio flusio, Valentis Imp. potestati se, non depositis armis, dederūt, accepta ab eo ad habitandum Thracia. Sed ubi viderunt se opprimi a Romanis contra consuetudinem propriez libertatis, resumptis armis rebellando Thraciam ferro incendiisque depopulatur, deletoque Romanorum exercitu, ipsum Valentem iaculo vulneratum in quandam villam fugientem incendunt: ut merito, iuxta cuiusdam sententiam, ipse ab eis temporali cremaretur incendio, qui tam pulchras animas ignibus æternis tradiderat.

Era CCCXLVIII. anno imperij Theodosij Hispani tertio, Athanaricus cum Theodosius amicitie disponens, mox Constantinopolim pergit: ibique xv. die, ex quo fuerat à Theodosio favorabiliter suscepitus, interiit. Gothi autem proprio rege defuncto, aspicientes benignitatem Theodosij Imperatoris, initio fædere, Romano se imperio tradiderunt.

A



# LEGIS VVISIGOTHORVM LIBER PRIMVS.

## INDEX CAPITVLORVM TITVL I PRIMI, QVI EST, DE LEGISLATORE.

- I. *Quod sit artificium condendarum legum.*
- II. *Quo modo uti debeat artifex legum.*
- III. *Quid requirendum est in artifice legum.*
- IV. *Qualis erit in videndo artifex legum.*
- V. *Qualis erit in consiliando artifex legum.*
- VI. *Qualis erit in eloquendo artifex legum.*
- VII. *Qualis erit in iudicando artifex legum.*
- VIII. *Qualis in publicis, qualis erit in priuatis artifex legum.*
- IX. *Quod dare debeat legibus disciplinam artifex legum.*

### I. *Quod sit artificium condendarum legum.*

**S**A LV TARE daturi in legum constitutionem præconium, ad nouam operationis formam antiquorum studijs nouos artus aptamus; reserantes virtutem tam formandæ legis, quam peritiam formantis artificis. Cuius artis insigne ex hoc decentius probabitur enitere, si non ex coniectura trahat formam similitudinis, sed ex veritate formet speciem sanctionis: neque syllogismorum acumine figuras imprimat disputationis, sed puris honestisque præceptis modestè statuat articulos legis. Etenim ut ars operis huius se in hac dispensatione cōponat, ordo magnæ ratiocinationis exoptat. Namque cum experimenta rerum manus tenet artificis, ad dispositionem formæ frustra queritur inuestigatio rationis. In inprovisis certè acuta se expertit ratio indagatione cognosci: in non ignotis autem, cexperimento faciendi se properat reserari. Latentis ergo rei, quia species ignoratur, nō immēritò considerationis ordo requiritur: Cūm vero expertos v̄lus in speculo visionis fides veritatis adducit, nō iam materia formæ ratiocinationem dicti, sed operationem facti depositit. Vnde nos melius mores, quam eloquia ordinantes, non personā oratoris inducimus, sed rectoris iura disponimus.

### II. *Quo modo uti debeat artifex legum.*

**F**ormandarum ergo artifex legum non disceptatione debet uti, sed iure: Nec videri congiuum sibi contentionē legem condidisse, sed ordine.

**R**AGMA suum emendatis legibus assignantes, illud pri-  
mum in ordine p̄fationis & loco p̄sumimus, quia sicut  
legum evidētia populorum est excessib⁹ vtilis, ita sanctio-  
num obscuritas turbat ordines æquitatis. Nam plerumque  
dum quedam bene ordinata nebuloso verborum tractu co-  
sistunt, ipsa sibi repugnantiam nutriunt, dum litigantium controvēstias  
lucidè non excludunt. Sicque vbi debuerunt finem ferre calumniis, ibi no-  
*tabilem* uos contra se pariunt laqueos captionis. Hinc ergo diuersitas causarum  
exoritur, hinc controvēstia litigantium generantur. Hinc etiam hæsitatio  
iudicū nascitur, ita ut in finiendis vel compescendis calumniis habere  
terminum nesciant, quæ vtique nutantia semper approbantur & dubia. Et  
ideo quia perstringi tota quæ in controvēstiam veniunt breui complica-  
tione non possunt, saltim vel quæ in contentione pertractanda sece glo-  
riosis nostræ celsitudinis sensibus ingesserunt, ea in hoc libro specialiter  
corrigi & elimata probitatis sententia decreuimus ordinari. Evidētia vi-  
delicet dubiis, præstantia noxiis, clementiora mortiferis, ad apertioñem  
clausis, perfectionē cœptis imprimēs institutis, quo nostri regni populos,  
quos una & euidens pax nostri regiminis continet, hæc deinceps institutio  
correctarum legum ordinandos astringat atque retentet. Et ideo harum  
legum correctio, vel nouellarum nostrarum sanctiōnū ordinata con-  
structio, sicuti in hoc libro & ordinatis titulis posita, & subsequenti est se-  
rie annotata; ita ab anno secundo regni nostri, à duodecimo Kalēdarum  
Nouembrii, in cunctis personis ac gentibus nostris amplitudinis impe-  
rio subiugatis innexum sibi à nostra gloria optineat valorem, & inconuul-  
so celebritatis oraculo valitura confusat: ut sicut sublime in throno serenitati  
nostræ celsitudine residente, videntibus cunctis sacerdotibus dei, Se-  
niorib⁹ que palatijs atque Gardingis, earum manifestatio claruit; ita earū-  
dem celebritas vel reuerentia in cunctis regni nostri prouinciis debeat ob-  
seruari. Leges sanè quas in Iudæorum excessib⁹ nostra gloria promulga-  
uit, ab eo tempore valutas esse decernimus, ex quo his confirmationem  
gloriosa serenitatis nostræ renouatione impressimus.

II. FLS. GLS. RCDS. R.P.X.

*Quod tam regia potestas quam populorum uniuersitas legum reuerentia sit subiecta.*

**O**nipotens rerū dominus & cōditor unus, prouidēs cōmoda huma-  
næ saluti, discere iustitiā habitatores terræ, sacrae legis sacris decenter  
imperauit oraculis. Sed quia solius tā immēse diuinitatis imperii hęc cor-  
dib⁹ imprimūtur humanis, cōuenit omniū terrenorū quāvis excellētissi-  
mas potestates illi colla submittere mētis, cui etiā militiæ cælestis famula-  
tur dignitas seruitute. Quapropter si obediēdū est deo, diligēda est iustitia:  
quæ si fuerit dilecta, erit instāter operadū in illa: quā quisq; tunc verius &  
ardēti⁹ diligit, cū vnius cōquitatis lēnitētia cū proximo lemetipsū astringit.  
gratāter ergo iusta cælestia amplectētes dam⁹ modestas simul nobis & sub-  
ditis leges: quib⁹ ita & nostri culminis clemētia, & succedēti⁹ regū nouitas  
ad futura vna cum regiminis nostri generali multitudine vniuerla obedire  
decernitur ac parere iubetur: vt nullis factionib⁹ à custodia legū quę iniici-  
tur

Trinitatē credidet int̄: hoc quod illis sacerdotes vel iudices, in quorum territoriis degunt, testimonium dixerint, atque opera eorum cum veridico cōrum testimonio concordauerint, erit nobis nostrisque successoribus in his statibus & miserendi votum, & efficiendi propositū: id est, ut postquā eorum præcessio iuris iurandi ad testimonium regiae agnitionis claruerit, licet habeat principalis pietas, & rebus eos iterum reuestire, & ab exiliorum ergastulis reuocare. Iam vero si quis ex eis postquam se professus fuerit Christianum, ad erroris proprij redierit vomitum, & quodcumque in eos repertum fuerit prævaricationis iudicium, ita in eos secundum modūculū culpæ quæ incurrit, irreuocabilis dictabitur damnationis sententia, ut ad vehiā ultētū nullatenus redeat: sed siue capitalis, siue minoris culpæ sit pena, sine villa retractatione irreuocabili lege suscipiat.

XXVIII. FLS. GLS. ERIGIVS. REX.

*Vt episcopi omnibus Iudeis ad se pertinentibus libellum hanc de suis editum  
erroribus tradant, & ut professiones eorum vel conditiones in  
scrinio Ecclesie condant.*

**S**oleat interdum latebrose mentis peruersitas ignorantiae opponere angulum, in eo quod se simular ignorare præceptum: ut eo quod immodo se excusabile a pena pronuntiet, quo se nouella sanctionis ordinē defendat penitus ignorasse. Et ideo ad huius excusationis depellēdam malitiam, id episcopis omnibus vel sacerdotibus tenendum forte præcipimus: ut vobis quisque conuentum ad se pertinentem Iudeorum, de his in se visionibus, quæ in eorum perfidiam nuper edidimus instruat, & libellū huc aperiat, qui & manifestè illis in conuento relegatur Ecclesia, & quem semper secum pro testimonio instructionis reportent. Iam vero postquam illis publicè in Ecclesia fuerit lectus iste liber vel traditus: si quis eorum postea, aut se defuisse cura legeretur cōtendat, aut ignorasse se quæ inibi præcepta sunt astruat, in nulla se unquam is poterit excusatione defendere: sed in quo cunque fuerit postea quisquis ille prævaricator inuentus, in nullo erit legum istatum sententiam evanescens. Nam & illud necessariū huic legi adiungimus, ut omnium professionum, atque conditionū scripturas, quas quisquis ille Iudeus sacerdoti suo amodo obtulerit, sollicita diligentia unusquisque sacerdos eas ipsas professionū scripturas in archiuis suæ Ecclesie recondat, qualiter pro eorum perfidorum testimonio studiosius conservatae persistant.

LECTÆ SVNT LEGES SVRASCIPTÆ OMNIBVS IUDÆIS IN ECCLESIA SANTÆ MARIE  
Toledo, sub die vi. Kalend. Februar. anno feliciter

primo regni gloriosissimi domini no-

stri Erigij Regis.

